AM. Mercy me! what lunch?

TR. You are offering sacrifices here, aren't you?

AM. What are you dreaming about, my dear sir?

TR. All I know is that your master, Labrax, invited my master, Plesidippus, here to luncheon.

AM. Well, there's nothing odd about that. If he has swindled gods and men, he has done no more than dealers usually do.

TR. Are you not offering sacrifices here—you and my master?

AM. You are a teller of dreams.

TR. What are you doing here, then?

AM. Out of the depths of woe, from the extremity of fear and from mortal peril we were harboured here by Venus's priestess, Palaestra and I, helpless and destitute.

TR. Mercy me! is my master's friend, Palaestra, here?

AM. She is.

TR. What a delightful bit of news, Ampelisca mine! But I should dearly like to know what that peril of yours was.

www.libtool.com.cn

AM. Confractast, mi Trachalio, hac nocte nauis nobis.

TR. Quid nauis? quae istaec fabulast? AM. Non
audiuisti, amabo, 355

Quo pacto leno clanculum nos hinc auferre uoluit
In Siciliam et quidquid domi fuit in nauem inposiuit?
Ea nunc perierunt omnia. TR. Io! Neptune,
salue:

Ne te aleator nullus est sapientior. profecto
Nimis lepide iecisti bolum: periurum perdidisti. 360
Sed nunc ubist leno Labrax? AM. Periiit potando,
opinor:

Neptunus magnis poculis hac nocte cum inuitauit.

TR. Credo hercle, anancaeo datum quod biberet. ut ego
amo te,

Mea Ampelisca: ut dulcis es: ut mulsa dicta dicis.
Sed tu et Palaestra quo modo saluae estis? AM. Sci-
bis faxo. 365

De nauis timidae ambae in scapham insuluimus, quia
uidemus

Ad saxa nauem ferrier: properans exolui restim,
Dum illi timent. nos cum scapha tempestas dextro-
uorsum

Differt ab illis. itaque nos uentisque fluctibusque
Iactatae exemplis plurumis miserae perpetuam noc-
tem: 370

Vix hodie ad litus pertulit nos uentus exanimatas.

TR. Noui, Neptunus ita solet: quamuis fastidiosus
Aedilis est: si quae improbae sunt merces, iactat
omnis.

AM. Vae capiti atque aetati tuae. TR. Tuo, mea
Ampelisca. 375

Sed nunc ubist Palaestra. AM. I sane in Veneris
fanum huc intro:

Sedentem flentemque opprimes. TR. Vt iam istuc
mihi molestumst:

AM. Trachalio, our ship was wrecked last night.

TR. Ship? What are you talking about?

AM. Did you not hear, my dear man, how the dealer was going to take us off on the quiet from here to Sicily, and how he put on board ship all his belongings? They are now at the bottom of the sea, all of them.

TR. My blessing on you, good Neptune! Faith, you are the cunningest of dicers! 'Twas a very pretty cast of yours. You have wrecked the wretch. But where now is the dealer Labrax?

AM. He has drunk himself to death, I fancy. Neptune treated him to regular bumpers last night.

TR. Yes, indeed, he did get something to drink—no heel-taps! How fond I am of you, Ampelisca! How nice you are! Your words are like honey! But how did you and Palaestra get saved?

AM. I'll tell you. We jumped in a fright, both of us, into the boat, because we saw that the ship was running on the rocks. I hurried to loose the rope; panic had seized the crew. The storm drove us in our boat away from them to the right. And so we were tossed by wind and wave, enduring every form of wretchedness the whole night long. To-day the wind just managed to carry us ashore, more dead than alive!

TR. Yes, yes; that's Neptune's way! He is quite the most particular of inspectors. Whenever he finds good-for-nothing stuff, he pitches it overboard.

AM. Plague take you!

TR. And you, too, Ampelisca dear! But where is Palaestra?

AM. Just go into Venus's temple here and you'll find her sitting crying.

TR. I am sorry for that. But what are the tears for?

~~www.lil~~ Sed quid fiet? AM. Ego dicam tibi : hoc sese ex-
cruciat animi,

Quia leno ademit cistulam ei, quam habebat ubique
habebat,

Qui suos parentis noscere posset : eam ueretur

Ne perierit. TR. Vbinam ea fuit cistellula? AM. 399

Ibidem in naui

Conclisit ipse in uidulum, ne copia esset ei

Qui suos parentis nosceret. TR. O facinus impudi-
cum,

Quam liberam esse oporteat, seruire postulare.

AM. Nunc eum cum naui scilicet abisse pessus in altum. 395

Et aurum et argentum fuit lenonis omne ibidem.

TR. Credo aliquem inmersisse atque eum excepisse.

AM. Id misera maestast,

Sibi eorum euenisse inopiam. TR. Iam istoc magis
usus factost,

Vt eam intro consolerque eam, ne sic se excruciet
animi.

Nam multa praeter spem scio multis bona euenisse. 400.

AM. At ego etiam, qui sperauerint spem decepisse
multos.

TR. Ergo animus aequos optimumst aerumnae condi-
mentum.

Ego eo intro, nisi quid uis. AM. Eas. ego quod
mihi imperauit

Sacerdos id faciam atque aquam hinc de proxumo
rogabo.

Heus, ecquis in uillast? ecquis hoc recludit? ecquis
prodit?

SCEPARNIO. AMPELISCA.

SC. Quis est qui nostristam proterue foribus facit iniuriam, II 4

AM. Ego sum. SC. Hem, quid hoc bonist? eu, edepol
specie lepida mulierem. 415

www.libtool.com.cn

AM. I'll tell you. She's racked by the thought of the dealer having taken away a casket of hers in which she kept the tokens whereby she might be able to discover her parents. She's afraid it is lost.

TR. Where, then, was the casket?

AM. On board the ship with them. Labrax stowed it away in his wallet to prevent her from getting at what would help her to find her parents.

TR. What a scandalous shame to want to make a slave of a girl who ought to be free!

AM. Now, it is plain that the wallet has gone to the bottom in the ship; and all the dealer's gold and silver was inside.

TR. Perhaps somebody has dived in and got it out.

AM. This is just why the poor girl is so unhappy; her belongings are lost to her.

TR. Then all the more reason for my going in and comforting her; I must keep her from distressing herself. Be sure, "Thousands have blessings won beyond their hopes."

AM. Say rather, "Hope hath befooled a thousand votaries."

TR. But, "A cheery heart goes all the way and savours every sorrow."

TR. I am going in unless I can do anything for you. (*Exit TRACHALIO into temple, c.*)

AM. Yes, go! I'll do what the priestess bade me, and beg a little water from the neighbours here. She said they would give it at once, if I mentioned her name. Ho there! Is any one at home? Open the door, won't you? Is no one coming?

SCENE IV.

(*Enter SCEPARNIO from cottage, r.*)

SC. Who is this that does despite to our door in such headstrong fashion?

AM. It is I.

SC. Holloa! Here's a bit of luck! Well, by my troth, a pretty woman!

www.AmSal.com.cn

- AM. Saluo, adulescens. SC. Et tu multum salueto, adulescentula.
- SCd quid ais, mea lepida, hilara? AM. Ah, nimium familiariter 420
- Me actretas. SC. Pro di inmortales, Veneris ecfgia haec quidemst.
- Vt in ocellis hilaritudost: heia, corpus quouis modi: Subuolturiumst—illud quidem 'subaquilum' uolui dicere.
- AM. Nunc, quam ob rem huc sum missa, amabo uel tu mi aias uel neges. 430
- SC. Quid nunc uis? AM. Sapienti ornatus quid uelim indicium facit.
- SC. Meus quoque hic sapienti ornatus quid uelim indicium facit.
- AM. Haec sacerdos Veneris hinc me petere aquam iussit cito.
- SC. At ego basilicus sum: quem nisi oras, guttam non feres. 435
- Nostro illum puteum periclo et ferramentis fodimus. Nisi multis blanditiis a me gutta non ferri potest.
- AM. Quor tu aquam grauare amabo, quam hostis hosti commodat?
- SC. Quor tu operam grauare mihi, quam ciuis ciui commodat? 440
- AM. Immo etiam tibi, mea uoluptas, quae uoles faciam omnia.
- SC. Eugepae, saluos sum: haec iam me suam uoluptatem uocat.
- Dabitur tibi aqua, ne nequiquam me ames. cedo mi urnam. AM. Cape:
- Propera amabo ecferre. SC. Manta: iam hic ero, uoluptas mea.
- AM. Quid sacerdoti me dicam hic demoratum tam diu? Vt etiam nunc misera timeo, ubi oculis intueor mare. Sed quid ego misera uideo procul in litore? 450

AM. Good-day to you, young man!

SC. And a very good-day to you, young woman! But, I say, my pretty sweet—

AM. Go along! You make too free with me!

SC. Heavens above! Why, here we have the very image of Venus! See her sweet smiling eyes! Jove, what a figure!—black as bruin,—I beg pardon, I meant to say bruinette.

AM. Come now, you'll oblige me by giving me an answer, yea or nay, to my errand.

SC. Well, what do you want?

AM. A sensible person would only have to look at this to see what I want.

SC. And a sensible person would only have to look at me to see what I want.

AM. The priestess of Venus here has sent me to get some water from you.

SC. Ah, but I'm master here! If you don't beg of me, you'll not get a drop. It was at our own charges and with our own tools that we dug that well there.

AM. Why do you make a fuss, my dear man, about water—a favour which strangers freely give to strangers?

SC. Why do you make a fuss about a favour which friend freely bestows on friend?

AM. Nay, then, sweetheart, I'll do anything you like to oblige you.

SC. Bravo! I'm all right!—she has taken to calling me her sweetheart. You shall have your water. I couldn't let you love me for nothing. Reach me your pitcher!

AM. There it is! Make haste and bring it out, there's a good man!

SC. Wait, I'll be back in a moment, sweetheart! (*Exit SCEPARNIO into cottage, R.*)

AM. How can I excuse myself to the priestess for having stopped so long? What a wretched fright I get into, even now, when I cast my eyes upon the sea! But what, alas, do I behold yonder upon the shore? My master, the dealer, and

Meum erum lenonem Siciliensemque hospitem,
 Quos periisse ambos misera censebam in mari.
 Iam illud mali plus nobis uiuit quam ratae.
 Sed quid ego cesso fugere in fanum ac dicere haec
 Palaestrae, in aram ut confugiamus prius quam is
 huc 455
 Scelestus leno ueniat nosque hic opprimat ?

SCEPARNIO.

Pro di immortales, in aqua numquam credidi, II 5
 Voluptatem inesse tantam : ut hanc traxi lubens!
 Nimio minus altus puteus uisust quam prius. 460
 Vt sine labore hanc extraxi ! praefiscine,
 Satin nequam sum, ut pote hodie amare inceperim ?
 En tibi aquam, mea tu belliata : em, sic uolo
 Te ferre honeste, ut ego fero, ut placeas mihi.
 Sed ubi tu's delicata ? cape aquam hanc sis. ubi's ?
 Amat hercle me, ut ego opinor : delituit mala. 466
 Vbi tu's ? etiamne hanc urnam acceptura's ? ubi's ?
 Commodule ludis. tandem uero serio.
 Etiam acceptura's urnam hanc ? ubi tu's gentium ?
 Nusquam hercle equidem illam uideo : ludos me
 facit. 470
 Adponam hercle urnam iam ego hanc in media uia.
 Sed autem quid si hanc hinc abstulerit quispiam
 Sacram urnam Veneris ? mi exhibeat negotium.
 Metuo hercle ne illa mulier mi insidias locet,
 Vt comprehendar cum sacra urna Veneria. 475
 Nempe optumo me iure in uinclis enicet
 Magistratus, si quis me hanc habere uiderit.
 Nam haec litteratast : eapse cantat quoa sit.
 Iam hercle euocabo hinc hanc sacerdotem foras,
 Vt hanc accipiat urnam. accedam huc ad fores. 480
 Heus, exi, Ptolemocratia, cape hanc urnam tibi :

his friend from Sicily, both of whom, alack, I thought had been lost at sea! Well, well, so much more trouble for us than we had thought! Don't let me lose a moment in fleeing into the temple and telling Palaestra, so that we may take refuge at the altar before this scoundrel of a dealer comes and finds us here. [*Exit AMPELISCA into temple, c.*]

SCENE V.

(*Enter SCEPARNIO from cottage, r.*)

Sc. Heavens above us! I never thought that water was so delightful! How my heart was in the drawing of it! Methought the well was ever so much shallower than before. How easily I drew it! save the mark! Am I not a dog of a fellow for never having fallen in love till this day? Here's the water for you, my beauty! There! that's how I would have you carry it—properly—as I do—and so will you gain my good graces. But where are you, honey? Here, take the water, won't you? Where are you? She's in love with me: by the powers, I really believe it! She's playing hide-and-seek, the rogue! Where are you? Are you not going to take this pitcher? Where have you got to? A passable joke! But now, really and truly, are you going to take this pitcher? Where in the world are you? Faith, I don't see her anywhere; she's making fun of me. Faith, I'll put the pitcher down here, right in the middle of the road. But softly! What if somebody should make away with it, this sacred pitcher of Venus? He would get me into a mess! Faith, I'm afraid that this woman is setting a trap for me to have me arrested with the goddess's sacred pitcher in my hand. Sure enough, the magistrate would have the best of grounds for locking me up and taking my life, if anybody saw me with it in my possession! Why, there's writing on it: that tells to whom it belongs. I' faith, I'll call the priestess out here to take the pitcher; I'll go up to the door. What ho! come out, Palaestra, and take this pitcher of yours!

Muliercula hanc nescio quae huc ad me detulit.
Intro ferundast. repperi negotium,
Si quidem his mihi ultro intro adgerunda etiamst
aqua.

LABRAX. CHARMIDES.

- LA. Homo qui sese miserum et mendicum uolet, II 6
Neptuno credat sese atque aetatem suam : 406
Nam si quis cum eo quid rei commiscuit,
Ad hoc exemplum amittit ornatum domum.
Sed ubi ille meus est hospes qui me perdidit?
Atque eccum incedit. CH. Quo malum pro-
peras, Labrax ?
Nam equidem te nequeo consequi tam strenue.
- LA. Vtinam te prius quam ego oculis uidissem meis
Malo cruciatu in Sicilia perbiteres, 495
Quem propter hoc mihi optigit misero mali.
- CH. Vtinam quom in aedis me ad te adduxisti tuas
In carcere illo potius cubuissem dic :
- LA. Malam fortunam in aedis te adduxi meas.
Quid mihi scelesto tibi erat auscultatio ?
Quidue hinc abitio? quidue in nauem insensio?
Vbi perdidisti etiam plus boni quam mihi fuit.
- CH. Pol minime miror, nauis si fractast tibi, 505
Scelus te et sceleste parta quae uexit bona.
- LA. Pessum dedisti me blandimentis tuis.
Mendicitatem mi optulisti opera tua,
Dum tuis ausculto magnidicis mendaciis. 515
- CH. Bonamst quod habeas gratiam merito mihi,
Qui te ex insulso salsum feci opera mea.
- LA. Quin tu hinc is a me in maxumam malam
cruces.
- CH. Eas : easque res agebam commodum.

Some young woman or other brought it here to me. I must take it in-doors. My work's cut out for me, if I must carry the water for them into the bargain. (*Exit SCEPARNIO into temple, c.*)

SCENE VI.

(*Enter LABRAX from the shore (L.), followed after a brief interval by CHARMIDES.*)

LA. Anybody who wants to be a poor wretch of a beggar should just hand himself over, body and soul, to father Neptune. When a fellow has anything to do with *him*, this is the sort of quandary in which he lands him at home. But where is that friend of mine who has been the ruination of me? See him! there he comes!

CH. Where the mischief are you hurrying to? Why, I can't keep up with you at such a pace.

LA. How I wish that before I ever set eyes upon you, you had come to a bad end in Sicily, you gallows-bird! 'Tis all owing to you that this trouble has fallen on my unhappy head.

CH. How I wish that on the day when you brought me to your house, I had rather made my bed in the common jail!

LA. 'Twas an evil day for me when I brought you to my house. What possessed me ever to listen to you, or to go away from here, or to go on board ship?—where I have lost all I ever owned, and more too.

CH. 'Pon my word, I am not a bit surprised at the ship's being wrecked, when it carried a rascal like you and your rascally gains.

LA. You have done for me with your wheedling talk. It is all owing to you that I've been reduced to such a beggarly state, listening to your high-sounding mis-statements.

CH. You have every reason to feel obliged to me, for its owing to me that you have developed such a pretty wit.

LA. You go and be hanged!

CH. Go yourself! That is just what I was about to say.

II 6
406

495

505

515

- L. Eheu, quis uiuit me mortalis miserior? 520
 CH. Ego multo tanto miserior quam tu, Labrax.
 L. Qui? CH. Quia ego indignus sum, tu dignu's
 qui sies.
- L. O scirpe, scirpe, laudo fortunas tuas,
 Qui semper seruas gloriam aritudinis.
 CH. Equidem me ad uelitationem exerceo : 525
 Nam omnia corusca prae tremore fabulor.
- L. Edepol, Neptune, es balineator frigidus :
 Cum uestimentis postquam abs te abii, *al*-algeo.
 Ne thermopolium quidem ullum *in*-instruit :
 Ita salsam praehibet potionem et frigidam. 530
- CH. Vt fortunati sunt fabri ferrarii,
 Qui apud carbones adsident : semper calent.
- L. Vtinam fortuna nunc anetina *ut*-uterer,
 Vt, quom exissem ex *aqu-aqu*-aqua, *ar*-arerem
 tamen.
- CH. Quid si aliquo ad ludos me pro manduco locem? 535
 L. Quapropter? CH. Quia pol clare crepito den-
 tibus.
- Iure optumo me *el-el*-elavisse arbitror.
- L. Qui? CH. *Qui*-quia auderem tecum in nauem
 ascendere,
 Qui a fundamento mi usque mouisti mare?
- L. Eheu, redactus sum usque ad unam hanc tuni-
 culam
 Et ad hoc misellum pallium : perii oppido. 550
- CH. Vel consociare mihi quidem tecum licet :
 Aequas habemus partis. L. Saltem si mihi
 Mulierculae essent saluae, spes aliquae forent.
 Nunc si me adulescens Plesidippus uiderit,
 Quo ab arrabonem pro Palaestra acceperam, 555
 iam is exhibebit hic mihi negotium.
- CH. Quid, stulte, ploras? tibi quidem edepol copias,
 Dum lingua uiuet, qui rem soluas omnibus.

520

LA. Alack, alack! Show me a more miserable wretch than I.

CH. I am this much more wretched than you, Labrax—

LA. How?

CH. Because I haven't deserved it and you have.

LA. Happy, happy the lot of those rushes there that ever keep so jolly dry!

525

CH. Faith, I'm getting into trim for a word-scrimmage; I'm trembling so that every syllable I utter has the shivers.

LA. On my conscience, Neptune, you are a chilling bathman: when I leave you, even with my clothes on, I ch-ch-chatter with cold. Not even hot drinks anywhere does he s-s-s-supply. Such a briny draught he provides, and with a chill on, too!

530

CH. Lucky fellows, blacksmiths, sitting ever beside the fire! They're always warm.

LA. Would that I were a d-d-d-duck, so that when I came out of the water I should be as d-d-d-dry as ever!

535

CH. What if I were to hire myself out as a bogey at some show?

LA. What for?

CH. Because my teeth chatter so loudly. It serves me quite right. I deserve to be cl-cl-cl-cleaned out.

LA. How so?

CH. B-b-because I was fool enough to go on board with you. 'Tis you who have turned the sea upside down for me.

LA. Alack! I am reduced to this bit of a shirt and this scurvy cloak. I am utterly done for!

550

CH. I'll go into partnership with you, if you care to; we are both in the same boat.

LA. If only the girls were safe, there would be something to hope for. As things are, if young Plesidippus catches sight of me—he who gave me part-payment for Palaestra—he'll lose no time in making things hot for me!

555

CH. What are you blubbering about, you ass? You will always have enough, heaven knows, to pay your debts in full with, so long as you have that tongue of yours in your head.

SCEPARNIO. LABRAX. CHARMIDES.

- SC. Quid illuc opsecro negotist, quod duae mulierculae II 7
Hic in fano Veneris signum flentes amplexae tenent, 560
Nescio quem metuentes miserae? nocte hac uero
proxima
Se iactatas atque eiectas hodie esse aiunt e mari.
- LA. Opsecro hercle, adulescens, ubi istae sunt quas
memoras mulieres?
- SC. Hic in fano Veneris. LA. Quot sunt? SC. Toti-
dem quot ego et tu sumus.
- LA. Nempe meae? SC. Nempe nescio istuc. LA. Qua
sunt facie? SC. Scitula. 565
- LA. Nempe puellae? SC. Nempe molestus es: i, uise,
si lubet.
- LA. Meas oportet intus esse hic mulieres, mi Charmides.
CH. Iuppiter te perdat, et si sunt et si non sunt tamen.
- LA. Intro rumpam iam huc in Veneris fanum. CH. In
barathrum mauelim. 570
Opsecro, hospes, da mihi aliquid ubi condormiscam
loci.
- SC. Istic ubi uis condormisce: nemo prohibet, publi-
cumst.
- CH. At uides me ornatus ut sim uestimentis uuidis.
Recipe me in tectum, da mihi uestimenti aliquid
aridi,
Dum arescunt mea: in aliquo tibi gratiam referam
loco.
- SC. Tegillum eccillud: mihi unum id aret: id si uis, dabo. 576
Eodem amictus, eodem tectus esse soleo, si pluit.
Tu istaec mihi dato: exarescent faxo. CH. Eho,
an te paenitet,
In mari quod elauit, hic in terra ni iterum eluam?

SCENE VII.

(Enter SCEPARNIO from temple, c.)

Sc. Mercy o' me! what's ado there? Two girls in this here temple tightly clasping Venus's statue! They are in tears, poor things, and there must be somebody or other that they are afraid of. Last night, they say, they were storm-tossed; they were cast ashore this morning—that's their story.

LA. Do tell me, I beg, young man, where are these women you speak of? Sc. Here in Venus's temple.

LA. How many of them are there?

Sc. As many as you and I together.

LA. They're mine, I'm sure? Sc. I'm sure I can't tell.

LA. What do they look like? Sc. Very nice girls.

LA. They're young girls, I'm sure?

Sc. I'm sure you're a nuisance. Go and look for yourself, if you want to.

LA. These girls inside here must be mine, friend Charmides.

Ch. Deuce take you in either case, whether they are or whether they are not.

LA. I'll fling myself at once into the temple. (Exit LABRAX into temple.)

Ch. I had rather you'd fling yourself to perdition. (To SCEP.) I pray you, sir, give me some corner to sleep in.

Sc. Sleep where you are—anywhere you like—no one will hinder you: it's a thoroughfare.

Ch. Nay, but you see what wet clothes I've got on. Take me indoors and give me some dry clothes while mine are drying. Some day I'll do as much for you.

Sc. See, here's a wrap! 'Tis the only thing I have that's dry. I'll give it you, if you like. This serves me for coat—yes, and for great-coat, too, when it rains. Give me your toggery; I'll have it dried.

Ch. 'Sdeath! Are you not satisfied after I have been cleaned out at sea but that I must be cleaned out on shore again?

- SC. Eluas tu an exunguare, ciccum non interduim. 580
Tibi ego numquam quicquam credam nisi si accepto
pignore.
Tu uel suda uel peri algu, uel tu aegrota uel uale.
Barbarum hospitem mi in aedis nil moror : sat li-
tiumst.
- CH. Iamne abis? uenalis illic ductitauit, quisquis est :
Non est misericors. sed quid ego hic asto infelix uui-
dus? 585
Nunc lenonem quid agit intus uisam, conuiuam meum.

www.libtool.com.cn

580 Sc. Whether you are cleaned out or wiped out, I don't care a pip. I'll never entrust anything to you without getting a pledge from you. You can frizzle or freeze to death ; you can be well or ill—I want no guests from foreign parts in the house, and there's an end of it! (*Exit SCEPARNIO into cottage, R.*)

585 Ch. So you're off, are you? That man, whoever he is, has been a slave-trader. He hasn't a spark of pity. But why am I standing here, poor soaked wretch that I am? Now I'll go see what my friend the dealer is doing. (*Exit CHARMIDES into temple, C.*)

ACTVS III.

DAEMONES.

Miris modis di ludos faciunt hominibus : III 1
 Ne dormientis quidem sinunt quiescere. 595
 Velut ego hac nocte quae praecessit proxuma
 Mirum atque inscitum somniaui somnium.
 Ad hirundinum nidum uisast simia
 Ascensionem ut faceret admolirier :
 Neque eas eripere quibat inde. postibi 600
 Videtur ad me simia adgredirier,
 Rogare scalas ut darem utendas sibi.
 Ego ad hoc exemplum simiae respondeo :
 Natas ex Philomela Attica esse hirundines.
 Ago cum illa, nequid noceat meis popularibus. 605
 Atque illa nimio iam fieri ferocior :
 Videtur ultro mihi malum minitarier.
 In ius uocat med. ibi ego nescio quo modo
 Iratus uideor mediam arripere simiam :
 Concludo in uincla bestiam nequissumam. 610
 Nunc quam ad rem dicam hoc attinere somnium,
 Numquam hodie quiui ad coiecturam euadere.
 Sed quid hic in Veneris fano meae uiciniae
 Clamor is oritur ? animus miratur meus.

TRACHALIO. DAEMONES. (LORARII.)

TR. Pro Cyrenenses populares, uostram ego inploro III 2
 fidem, 615
 Agricolae, adcolae propinqui qui estis his regionibus,

ACT III.

SCENE I.

(Enter DAEMONES from his cottage, R.)

DAE. Strange are the ways that the gods have of playing tricks on men. Even when we sleep they will not let us rest. Now, last night, for instance, I had a strange, uncanny dream. An ape, methought, was trying to climb up into a nest of swallows: but she could not clear them out. Thereupon, I thought the ape came up to me and begged for the loan of a ladder. I made answer to the ape as follows: Swallows, I said, were the descendants of Philomela, an Athenian. I charged the ape not to do any harm to my fellow-countrymen. With this she became much more aggressive. She looked as if she were actually going to give me fits. She summoned me into court. Then, somehow or other, methought in anger I seized the brute round the waist—I succeed in chaining the villainous beast. Now, as to what this dream may portend, I have been unable, so far, to divine. But what racket is this getting up in Venus's temple hard by? I'm all amaze.

SCENE II.

(Enter TRACHALIO from the temple (C) in great haste.)

TR. Help, men of Cyrene, fellow-countrymen! I implore your aid! Yeomen! ye who live in the district here, bring

www.libtool.com.cn

Ferte opem inopiae atque exemplum pessimum.
pessum date.

Vindicate, ne inpiorum potior sit pollutia

Quam innocentum, qui se scelere fieri nolunt nobilis:

Statuite exemplum inpudenti, date pudori prae-
mium: 620

Facite hic lege potius liceat quam ui uicto uiuere.
Currite huc in Veneris fanum, uostram iterum in-
ploro fidem,

Qui prope hic adestis quique auditis clamorem meum.

Ferte suppetias qui Veneri Veneriaeque antistitae

More antiquo in custodelam suum commiserunt caput.

Praetorquete iniuriae prius collum quam ad uos
peruenat. 626

DAE. Quid istuc est negoti? TR. Per ego haec genua
te optestor, senex,

Quisquis es— DAE. Quin tu ergo omitte genua
et quid sit mi expedi,

Quod tumultues. TR. —teque oro et quaeso, si
speras tibi—

Hoc anno multum futurum sirpe et laserpicium 630

Eamque euenturam exagogam Capuam saluam et
sospitem,

Atque ab lippitudine usque siccitas ut sit tibi—

DAE. Sanus es? TR. —seu tibi confidis fore multam
magudarim,

Vt te ne pigeat dare operam mihi quod te orabo, se-
nex.

DAE. At ego te per crura et talos tergumque obtestor
tuom, 635

Vt, tibi ulmeam ni metere speras uirgidemiam

Et tibi euenturam hoc anno uberem messem mali,

Vt mi istuc dicas negoti quid sit, quod tumultues.

TR. Qui lubet maledicere? equidem tibi bona optaui
omnia.

help to the helpless and aver! a dastardly deed! Champion my cause, that the might of the wicked shall not prove stronger than that of those blameless ones who shrink from the distinction of being the victims of an outrage! Make an example of insolence and reward virtue. Enable us to live here according to law rather than under the constraint of brute force. Hasten to Venus's temple here! Again I implore your aid, you who are standing here near at hand, and who hear my cry. Come to the rescue of those who, claiming a time-honoured privilege, have entrusted their fortunes to the protection of Venus and her priestess. Choke off this outrage before it can touch your own marrow.

DAE. What's the matter there?

TR. Claspng you by the knees, I beseech you, sir, whoever you are—

DAE. Never mind my knees, and let me know what this uproar is about.

TR. I beg and beseech you, if you are hoping to have plenty of silphium and assafœtida this year and to get your consignments to Capua safe and sound, and never to suffer from rheumy eyes—

DAE. Are you in your right mind?

TR. If you are hoping for a good harvest of seed, don't hesitate, good sir, to give the aid I beg.

DAE. And I beg and beseech you by your shanks and shins and your hide, too, unless you want to have fine crops of elm rods and lashes this year,—tell me what the cause of all this uproar is.

TR. Why should you give me the rough side of your tongue? I wished you nothing but good luck.

- DAE. Bene equidem tibi dico, qui te digna ut eueniant
precor. 640
- TR. Obsecro, hoc praeuortere ergo. DAE. Quid nego-
tist? TR. Mulieres
Duae innocentes intus hic sunt, tui indigentes auxili,
Quibus aduersum ius legesque hic insignite iniuria
Factast fitque in Veneris fano. tum sacerdos Veneria
indigne afflicatur. DAE. Quis homost tanta con-
fidentia,
Qui sacerdotem audeat uiolare? sed eae mulieres 646
Quae sunt? act quid is iniqui fit? TR. Si das
operam, eloquar.
Veneris signum sum. amplexae: nunc homo auda-
cissimus
Eas deripere uolt. eas ambas esse oportet liberas.
DAE. Quis istic est, qui deos tam parui pendit? paucis
expedi. 650
- TR. Fraudis, sceleris, parricidi, periuri plenissimus,
Legirupa, impudens, impurus, inuerecundissimus:
Vno uerbo absoluam, lenost: quid illum porro prae-
dicem?
- DAE. Edepol infortunio hominem praedicam donabilem.
TR. Qui sacerdoti scelestus faucis interpresserit. 655
- DAE. At malo hercle cum magno suo fecit. ite istinc
foras,
Turbatio, Sparax: ubi estis? TR. I opsecro intro,
subueni
illis. DAE. Iterum autem imperabo? sequimini
hac. TR. Age nunciam,
Iube oculos elidere, itidem ut sepiis faciunt coqui.
DAE. Proripite hominem pedibus huc itidem quasi occisam
suum—
TR. Audio tumultum: opinor, leno pugnis pectitur.
Nimis velim improbissimo homini malas edentau-
erint.
Sed eccas ipsae huc egrediuntur timidae e fano mu-
lieres.

640 DAE. But I am giving you the smooth side of my tongue, when I pray that you may get your deserts.

TR. Well, look to this, I beg you. DAE. What's the matter?

TR. There are two innocent girls inside here who need help of you. In defiance of law and justice, they have been scandalously maltreated in Venus's temple—and it's still going on. Besides, the priestess of Venus is being shamefully handled.

645 DAE. What villain has the effrontery to lay violent hands on a priestess? These girls, who are they? what wrong is being done to them?

TR. Listen to me and I'll tell you. They're clinging to Venus's statue; at this very moment the brazen-faced rascal is bent on tearing them away. By rights they should both be free.

650 DAE. Who is the man that holds the gods so cheap?—briefly now.

TR. A very sink of iniquity and crime, blood-guiltiness and perjury! A lawless, shameless, dirty, most obscene rascal—in a word, a trafficker in human beings. What need of further description?

655 DAE. That's the description of one who would be the better for a horse-whipping.

TR. Yes, and the wretch took the priestess by the throat.

DAE. By the powers, he will pay dear for that! (*goes to the door of his cottage.*) Come out here, Turbalio, Sparax! where are you? TR. Go inside, pray, and rescue them.

DAE. Must I speak twice? this way.

TR. Come on now; tell them to knock his eyes out just as cooks do to cuttle-fish. (*Exit DAEMONES into temple, and slaves (LORARI) follow him.*)

DAE. Pull him out by the feet, just like a stuck pig.

TR. (*listening.*) Hark at that noise! They are taking their fists to the dealer, and I fancy he is getting a good combing down. I only hope they have knocked the rascal's teeth down his throat. But, see, there are the two girls coming out of the temple, scared and pale as death.

PALAESTRA. AMPELISCA. TRACHALIO.

- PA. Nunc id est, quom omnium copiarum atque opum, III 3
Auxili, praesidi uiduitas nos tenet. 665
Nulla spes nec uiast quae salutem adferat,
Nec scimus quam in partem ingredi persequamur.
Quid ais, Ampelisca? AM. In metu nunc sumus
ambae.
- Tanta inportunitas tantaque iniuria
Facta in nos est modo hic intus ab nostro cro. 670
- PA. Quin scelestus sacerdotem anum praecipes
Reppulit, propulit perquam indignis modis
Nosque ab signo intumo ui deripuit sua.
- AM. Sed nunc se ut ferunt res fortunaeque nostrae,
Par nos est moriri neque est melius morte 675
Malis in rebus, miseris.
- TR. Quid est? quae illaec oratiost?
Cesso ego has consolari? Heus, Palaestra. PA.
Qui uocat?
- TR. Ampelisca! AM. Obsecro, quis is est qui nominat?
TR. Si respexis, scies.
- AM. O salutis meae spes—. TR. Tace ac bono animo 's :
Sedete hic modo: ego hinc uos tamen tutabor. aram
habete hanc
Vobis pro castris : moeniam manu : hinc ego defen-
sabo.
- Praesidio Veneris malitiae lenonis contra incedam.
- PA. et AM. Tibi auscultamus et, Venus alma, ambae te
obsecramus
Aram amplexantes hanc tuam lacrumantes, genibus
nixae, 695
- In custodelam nos tuam ut recipias et tutere :
Illos scelestos, qui tuum fecerunt fanum parui,
Vt ulciscare nosque ut hanc tua pace aram obsidere

SCENE III.

(PALAESTRA and AMPELISCA rush out of the temple in despair.)

PA. Now, now are we bereft of every resource and aid, and destitute of help and protection. There is no hope; there is no way of deliverance, and we know not where to turn our steps.

AM. Alas, we are now in an extremity of fear, both of us. Such brutality, such outrage has just been offered us inside here by our own master.

PA. Yes, and the infuriated wretch has hustled the aged priestess up and down in the most shameful manner, and has dragged us by force from the statue in the inmost shrine.

AM. As things are and as our fortunes now stand, we might just as well be dead. There is no remedy in misfortune better than death.

TR. What's the matter? What sort of talk is that? Let me hasten to comfort them. Ho, Palaestra!

PA. Who calls?

TR. Ampelisca!

AM. Who' calls my name?

TR. Look round, and you'll know.

PA. O promise of deliverance!

TR. Hush! Keep up your spirits. Just sit down here. I will protect you from this quarter, come what may. Let this altar be your castle. This hand shall guard it. I will defend you on this side. By Venus's help, I will out-general the slave-dealer's evil strategy.

AM. and PA. (*kneeling before the altar.*) We obey; and, gracious Venus, we both implore thee, and, clasping this thine altar, in tears and on bended knee, beseech thee to take us under thy protection and keep us safe. Punish those wicked men who have slighted thy fane, and permit us of thy grace to take

- Sinas, quae elatae ambae sumus opera Neptuni
noctu :
Ne inuisas habeas neue idcirco nobis uitio uortas, 700
Si quidpiamst minus quod bene esse lautum tu ar-
bitrare
TR. Venus, aequom has petere intellego : decet abs te id
impetrari :
Ignoscere his te conuenit : metus has id ut faciant
subigit.
Sed optume eccum exit senex, patronus mihi que et
uobis. 705

DAEMONES. LABRAX. LORARI. TRACHALIO.
PALAESTRA ET AMPELISCA.

- DAE. Exi e fano, natum quantumst hominum sacrilegis- III 4
sume.
Vos in aram abite sessum, sed ubi sunt? TR. Huc
respice.
DAE. Optume : istuc uolucramus. iube modo accedat
prope.
Tun legirupionem hic nobis cum dis facere postulas?
Pugnum in os inpinge. LA. Iniqua haec patior
cum pretio tuo. 710
DAE. At etiam minitatur audax. LA. Ius meum erep-
tumst mihi ;
Meas mihi ancillas inuito me eripis. TR. Cedo
arbitrum
De senatu Cyrenensi quemuis opulentum virum
Si tuas esse oportet niue oportet esse liberas,
Neu te in carcerem conpingi est aequom aatemque
ibi tuam 715
Te usque habitare, donec totum carcerem contriueris.
LA. Non hodie isti rei auspicaui, ut cum furcifero fa-
buler.

700 refuge at thine altar. We have lost our all in Neptune's bath this night. Spurn us not nor impute any blame to us, if thou deemest that our garb is somewhat unseemly.

TR. Venus, methinks their prayer is reasonable. 'Twere meet for thee to grant their petition; fitly mayst thou pardon them. Fear forces them to this step. But, see, yonder comes the old man in the very nick of time—my protector and yours.

SCENE IV.

(Enter DAEMONES from the temple (c.), followed by LABRAX in the custody of the LORARI.)

114 DAE. Out of the temple there, you most impious of scoundrels ever born! (*To the girls.*) Do you go and sit down by the altar. But where are they?

TR. Look here, this way.

710 DAE. Capital! exactly as I wished. Only let him come near them. (*To LABRAX.*) Do you expect us to look on while you outrage all that is holy? (*To slaves.*) Give him one between the eyes! (*They beat him.*)

LA. You shall pay for this affront.

DAE. What, does the rascal venture to threaten?

LA. I am robbed of my rights. You are robbing me of my girls in my own despite.

715 TR. Name an arbitrator from the senate of Cyrene—a responsible man—to decide whether these girls ought to be your slaves or ought to be free, and whether you ought not to be clapped into prison—there to lie until you have worn out your cell.

LA. I did not come prepared to day to hold converse with a gallows-bird. (*To DAEMONES.*) I appeal to you, sir.

- Te ego appello. DAE. Cum istoc primum qui te
nouit disputa.
- LA. Tecum ago. TR. Atqui mecum agundumst. suntne
illae ancillae tuae?
- LA. Sunt. TR. Agedum ergo, tange utramuis digitulo
minimo modo, — 720
- LA. Quid, si attigero? TR. Extemplo herele ego te
follem pugilatorum
Faciam et pendentem incursabo pugnis, periuris-
sume.
- LA. Mihi non liceat meas ancillas Veneris de ara abdu-
cere?
- DAE. Non licet: est lex apud nos — LA. Mihi cum uo-
stris legibus
Nec ciccumst comnerci: equidem istas iam ambas
educam foras. 725
- DAE. Occipito modo illis adferre uim ioculo pausillulum:
Ita ego te hinc ornatum amittam, tu ipsus te ut non
noueris. 730
- LA. Vi agis mecum. TR. Etiam opprobras uim, flagiti
flagrantia?
- LA. Tun trifurcifer mihi audes inclementer dicere?
- TR. Fateor, ego trifurcifer sum: tu's homo adprime
probus: 735
Numqui minus hasce esse oportet liberas? LA.
Quid, liberas?
- TR. Atque eras tuas quidem herele atque ex germana
Graecia:
Nam altera haec est nata Athenis ingenuis paren-
tibus.
- DAE. Quid ego ex te audio? TR. Hanc Athenis esse
natam liberam.
- DAE. Mea poplaris opsecro haec est? TR. Non tu
Cyrenensis es? 740
- DAE. Immo Athenis natus altusque educatusque Atticis.

DAE. Address yourself first to the person there who knows you.

LA. My business is with you.

TR. Nay, you must deal with me. Are these girls yours?

LA. Yes.

TR. Come on then! Just you touch one of them with the tip of your little finger!

LA. What if I do?

TR. Zounds! I'll hang you up for a punching-bag—right off, and pummel you with my fists, you liar!

LA. Can't I take away my own girls from the altar?

DAE. You can't! There is a law in our country—

LA. I've nothing to do with your laws. I will take both of them away at once.

DAE. Just you begin to offer them the least little bit of indignity, even in fun, and I'll send you home such a beauty that you won't know yourself.

LA. This is assault and battery.

TR. Assault and battery, you scoundrelly scamp?

LA. Such impudence to me, you double-dyed villain?

TR. All right, I am a double-dyed villain—and you are a highly honourable gentleman. Is that any reason why these ladies should not have their freedom?

LA. Freedom, say you?

TR. Yes, and what's more, they are your betters, and come of the pure Greek stock, for this one here is a native of Athens, of free-born family.

DAE. What's that you're saying?

TR. (*pointing to Palaestra.*) This is a free-born lady of Athens.

DAE. Dear me! is she a country-woman of mine?

TR. Don't you belong to Cyrene?

DAE. No, I was born, bred and brought up at Athens—Athens in Attica.

www.libtool.com.cn

- TR. Opsecro, defende civis tuas, senex. DAE. O filia,
Mea quom hanc uideo mearum me absens miseria-
rum communes :
Trima quae periit mihi, iam tanta esset, si uiuit, scio.
- LA. Argentum ego pro istisce ambabus, quoniae erant
domino dedi. 745
Quid mea refert, Athenis natae haec an Thebis sient,
Dum mihi recte seruitutem seruiant? TR. Itane,
inpuuens?
- DAE. Quom coniecturam egomet mecum facio, haec illast
simia,
Quae has hirundines ex nido uolt eripere ingratiis,
Quod ego in somnis somniaui. TR. Scin quid tecum
oro, senex?
Vt illas serues, uim defendas, dum ego erum adduco
meum.
- DAE. Quaere erum atque adduce. TR. At hic ne—
DAE. Maxumo malo suo, 775
Si attigerit siue oceptassit. TR. Cura. DAE. Cura-
tumst : abi.
- TR. Hunc quoque adserua ipsum, ne quo abitat. nam
promisimus
Carnufici aut talentum magnum aut hunc hodie
sistere.

DAEMONES. LABRAX. PALAESTRA. AMPELISCA. LORARIH

- DAE. Vtrum tu leno cum malo lubentius III 5
Quiescis an sic sine malo, si copias?
- LA. Minacias ego flocci non facio tuas : 795
Equidem has te inuito iam ambas rapiam. DAE.
Tangedum.
- LA. Tangam hercle uero. DAE. Tange, sed scin quo
modo?

TR. I pray you, sir, protect your country-women.

DAE. O daughter mine, as I look upon this maid, the memory of one who is far away brings back my grief. I lost her when she was three years old, and now she must be just that age, I am sure, if she is alive.

LA. I paid money down for both of these girls to the master who owned them. What care I whether they were born at Athens or Thebes, so long as they are my lawful property?

TR. Say you so, knave?

DAE. (*aside.*) When I put two and two together, this must be the ape that wants to snatch these swallows from their nest in my despite—as I dreamed in my dream.

TR. I have a favour to beg of you, sir. Keep those girls safe, guard them from ill-usage, while I go and fetch my master.

DAE. Go find him and bring him here.

TR. But don't let him—

DAE. He'll get it precious hot if he lays a finger on them, or tries to.

TR. Be watchful!

DAE. That's all right, you be off!

TR. Keep an eye on this rascal as well, that he doesn't give you the slip. We have promised the hangman an Attic talent if we fail to produce him this day.

SCENE V.

DAE. Which will you have, dealer—take a thrashing to make you quiet or keep quiet without one? Take your choice!

LA. I don't care a jot for your threats. I will carry off both of them, willy, nilly!

DAE. You just touch them!

LA. I'll touch them, fast enough.

DAE. Touch them, will you? Let me tell you what that'll

www.libtool.com.cn

- Idum Turbalio curriculo, adfer celeriter
 Duas clauas. TURB. Clauas? DAE. Sed probas :
 propera cito.
- Ego te hodie faxo recte acceptum, ut dignus es. 800
 L.A. Eheu, scelestus galeam in naui peridi :
 Nunc mi opportuna hic esset, salua si foret.
 Licet saltem istas mi appellare? DAE. Non licet.
 Ehem, optume edepol eccum clauator aduenit. 805
 L.A. Illud quidem edepol tinnimentumst auribus.
 DAE. Age, accipe illanc alteram clauam, Sparax.
 Age, alter istinc, alter hinc adsistite.
 Adsistite ambo. sic. audite nunciam :
 Si hercle illic illas hodie digito tetigerit 810
 Inuitas, ni istunc istis inuitassitis
 Vsque adeo, donec qua domum abeat nesciat,
 Peristis ambo. si appellabit quempiam,
 Vos respondetote istinc istarum uicem.
 Sin ipse abitere hinc uolet, quantum potest, 815
 Extemplo amplectitote crura fustibus.
 L.A. Etiam me abire hinc non sinent? DAE. Dixi satis.
 Et ubi ille seruos cum ero huc ad vos uenerit.
 Qui erum accessiuit, itote extemplo domum.
 Curate haec sultis magna diligentia. 820
 L.A. Heu, hercle ne istic fana mutantur cito :
 Iam hoc Herculist, modo Veneris fanum quod fuit :
 Ita duo destituit signa hic cum clauis senex.
 Non hercle quo hinc nunc gentium aufugiam scio :
 Ita nunc mi utrumque sacuit, et terra et mare. 825
 Palaestra. LO. Quid uis? L.A. Apage, controuer-
 sias :
 Haec quidem Palaestra quae respondit non meast.
 Heus, Ampelisca. LO. Caue sis infortunio.
 L.A. Vt potis est, ignaui homines satis recte monent.
 Sed uobis dico, heus vos num molestiaest, 830
 Me adire ad illas propius? LO. Nil—nobis quidem.

cost you. Off you go, Turbalio, at full speed, and bring two clubs here from my house.

TURB. Clubs?

DAE. And stout ones at that. Hurry up! I'll see that you have the warm reception you deserve.

LA. Alack, alack, what a fool I was to lose my head-piece on board ship! It would come in handy at this moment, if it were to the fore. Well, I may, at least, go up and speak to them.

DAE. No, you may not! (*Enter TURBALIO, bearing two clubs.*) Ha, ha! Here comes my club-man, i' faith, in the very nick of time.

LA. I' faith, my ears begin to tingle at that.

DAE. Here, Sparax! Take one of those two clubs there! Here, stand one of you on this side—the other on that! As you are, now, both of you! Attention! If the rascal lays a finger upon those girls this day against their will, and you fail to take your will of him with your clubs, till he doesn't know his way home—then it's all up with both of you. If he accosts either of them, do you answer in her name from where you stand. If, on the other hand, he tries to make off from here, do you lay about his shins with your clubs, there and then, with all your might.

LA. What! are they not to let me budge from here?

DAE. I have spoken. And when Trachalio gets here with his master—he has gone to fetch him—then do you both come indoors without delay. Be very careful about this, if you please.

LA. Odds clubs! How quickly these here temples change hands. A moment ago our patron saint was the Queen of Hearts,—now it is the King of Clubs, to judge by the two club-armed effigies which this old gentleman has set up. I' faith, I know not where in the world to be off to. Things are hot for me now, either way—sea and shore alike. Palaestra!

Lo. What is it?

LA. You get out! I'm not friends with you! That's not my Palaestra who answers. Ho, Ampelisca!

Lo. Just you keep out of mischief!

LA. Pretty good advice from poltroons,—so far as that's possible! But, ho you there!—will there be any harm if I go a bit nearer to them?

Lo. None— to us.

www.libtool.com.cn

- LA. Numquid molestum mihi erit? LO. Nil—si caueris.
 LA. Quid est quod caueam? LO. Em, a crasso in-
 fortunio.
 LA. Quaeso hercle abire ut liceat. LO. Abceas, si uelis—
 LA. Bene hercle factum: uobis habeo gratiam. 835
 Noncedam potius. LO. Illic astato ilico.
 LA. Edepol proueni nequiter multis modis:
 Certumst hasce hodie usque obsidione uincere.

PLESIDIPPVS. TRACHALIO. LABRAX. LORARIJ.
 PALAESTRA ET AMPELISCA. CHARMIDÈS.

- PL. Meamne ille amicam leno ui, uiolentia III 6
 De ara deripere Veneris uoluit? TR. Admodum 840
 PL. Quin occidisti extemplo? TR. Gladius non erat.
 PL. Caperes aut fustem aut lapidem. TR. Quid, ego
 quasi canem
 Hominem insectarer lapidibus nequissimum?
 LA. Nunc pol ego perii: Plesidippus eccum adest:
 Conuorret iam hic me totum cum puluisculo. 845
 PL. Etiamne in ara tunc sedebant mulieres,
 Quom ad me profectus ire? TR. Ibidem nunc
 sedent.
 PL. Quis illas nunc illic seruat? TR. Nescio quis senex,
 Vicinus Veneris is dedit operam optumam:
 Is nunc cum seruis seruat: ego mandaueram. 850
 PL. Duc me ad lenonem recta. ubi illic est homo?
 LA. Salue. PL. Salutem nil moror. opta ocius,
 Rapi te obtorto collo mauis an trahi:
 Vtrumuis opta, dum licet. LA. Neutrum uolo.
 PL. Abi sane ad litus curriculo, Trachalio, 855
 Iube illos in urbem ire obuiam ad portum mihi,
 Quos mecum duxi, hunc qui ad carnificem tra-
 derent:

LA. Will there be any harm to me ?

Lo. None, if you're careful.

LA. Careful about what ?

Lo. Why ? to keep clear of a good sound hiding.

LA. Do let me go, I beg.

Lo. O, you may go, if you like.

LA. It's very good of you ; I am much obliged. I had rather not go. Do you stay just where you are. Gad ! I've had wretched luck at every turn. I am determined to keep up the siege to-day, till I gain the victory over them.

SCENE VI.

(*Enter PLESIDIPPUS and TRACHALIO from the shore, L.*)

PL. And so the dealer tried to tear my lady from Venus's altar by might and main, did he ?

TR. That's so.

PL. Why didn't you slay him on the spot ?

TR. I hadn't a sword.

PL. You should have got hold of a club, or else a stone.

TR. What ! would you have me chivy him with stones, as though he were a dog, arrant rascal that he is ?

LA. (*catching sight of him.*) Gad ! I'm done for now. See, here's Plesidippus. He'll make a clean sweep of me now, to the last speck.

PL. And you tell me they were sitting at the altar—the girls—when you started to find me ?

TR. Yes, and they're sitting there still.

PL. Who's looking after them now ?

TR. Some old gentleman or other—Venus's next-door neighbour—he has been extremely attentive. At this moment he and his slaves are looking after them. I put them in his charge.

PL. Take me straight to the dealer. Where is the fellow ?

LA. Good morning.

PL. Plague take your good mornings ! Quick ! Make your choice—will you be rushed off to prison by the scruff of the neck, or will you wait to be arrested ? Choose, while you may.

LA. Neither, please.

PL. Off you go to the sea-shore, Trachalio, as fast as your legs will take you, and bid my friends come to the city and meet me at the harbour—the gentlemen who came along with me—to get this rascal handed over to the police. Then come

- Post huc redito atque agitato hic custodiam.
 Age, ambula in ius. LA. Quid ego deliqui? PL. 860
 Rogas?
 Quine arrabonem a me accepisti ob mulierem
 Et eam hinc auexti? LA. Non auexi. PL. Quor
 negas?
- LA. Quia pol prouexi: auehere non quiui miser.
 Equidem tibi me dixeram praesto fore,
 Apud Veneris fanum: numquid muto? sumne ibi? 865
 PL. In iure causam dicito: hic uerbum sat est.
 Sequere. LA. Obsecro te, subueni, mi Charmides:
 Rapior optorto collo. CH. Quis me nominat?
- LA. Viden me ut rapior? CH. Video atque inspecto
 lubens.
- LA. Non subuenire mi audes? CH. Quis homo te rapit? 870
 LA. Adulescens Plesidippus. CH. Vt nactus, habe:
 Bono animo meliust te in neruom conreperere:
 Tibi optigit quod plurimi exoptant sibi.
- LA. Quid id est? CH. Vt id quod quaerant inueniant
 sibi.
- LA. Sequere, obsecro, me. CH. Pariter suades, qualis es: 875
 Tu in neruom rapere: eo me obsecras ut te sequar.
- PL. Tu mea Palaestra et Ampelisca, ibidem ilico
 Manete, donicum huc redeo. LO. Equidem suadeo
 Vt ad nos abeant potius, dum recipis. PL. Placeat.
- LA. Hospes,— CH. Non sum hospes: repudio hospiti-
 tium tuum.
- LA. Sicine me spernis? CH. Sic ago: semel fel bibo.
 Verum tamen ibo, ei aduocatus ut siem, 890
 Siqui mea opera citius— addici potest.

back and stand on guard here. (*To LABRAX*) Come, march
860 to the police-station. LA. What is my offence?

PL. What a question! Was it not you who got me to
give part-payment for the woman, and then carried her off?

